Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



D·C·S·III·

alterum. Et hec est caritas ut ambulemus secundum mandata eius. Hoc est enim mandatum eius ut quemadmodum audistis ab initio ieo ambuletis quoniam multi seductores exierunt in mundum qui non confitentur ihesum cristum in carne uenisse hic est seductor et antixpus. Videte uosmet ipos ne pdatis que operati estis sed ut mercedem plenam accipiatis. Scientes quoniam omnis qui precedit et non pmanet in doctrina cristi deum non habet. Qui pmanet in doctrina eius hic et filium et patrem habet. Si quis uenit ad uos et hanc doctrinam non hfert nolite eum recipere in domum nec aue ei dicatis. Qui enim dicit illi aue communicat operibus illius malignis. Et cum predicari uobis ut in die domini nri ihesu cristi non confundamur. Plura habens uobis scribere nolui per cartam et atramentum. Spero enim me futurum ad uos et ore ad os loqui ut gaudium uestrum plenum sit. Salutant te filie sororis tue dilecte. Gratia cum omnibus amen.

incipit Prologus epistolarum

Gaium pietatis ecclesia extollit atque ut in ipsa pietate maneat exhortatur. Diotrepem impietatis et superbie ecclesia obiurgat. Demetrio autem bonum testimonium phibet cum fratribus.

Finit Prologus

Incipit Epistola Tertia Johannis

In omnibus ordinem quem eo diuso in uitate. Karissime in omnibus ordinem facio prospere te ingredi et ualere sicut prospere agit anima tua. Gauisus sum ualde fratribus uenientibus et testimonium phibentibus ueritati tue sicut tu in uitate ambulas. Maiorem horum non habeo graciam quam ut audiam filios meos in uitate ambulare. Karissime fideliter facis quidquid operaris in fratres et hoc in pegrinos qui testimonium reddiderunt caritati tue in conspectu ecclie quos bene faciens oduciis digne deo. Pro nomine enim eius profecti sunt nichil accipientes a gentibus. Nos ergo debemus suscipere huiusmodi ut cooperatores simus uitates. Scripsissem forsitan ecclesie sed is qui amat primatum gerere inter eos diotrephes non recipit nos. Propter hoc si uenero commoneam eius opa que facit uerbis malignis garrens in nos et quasi ista non ei sufficiant neque tempore suscipit fratres et eos qui suscipiunt prohibet et de ecclesia eiicit. Karissime noli imitari malum sed quod bonum est. Qui a qui bene facit de deo est qui autem male facit non uidet deum. Demetrio testimonium redditur ab omnibus et ab ipsa uitate. Sed et nos testimonium phibemus et nosti quoniam testimonium nostrum uerum est. Multa quidem habui scribere tibi sed nolui per atramentum et calamum scribere tibi. Spero autem protinus te uidere

342